

---

# Sentencia del Tribunal de la Rota Romana. *Coram* Erlebach de 13 de junio de 2013

*Coram* R. P. D. Grzegorz ERLEBACH, Ponente

Sent. 187/2013

(Nomen dioecesis omittitur)/(Se omite el nombre de la diócesis)

## NULLITATIS MATRIMONII SENTENTIA DEFINITIVA

**1. Facti species.** Partes in causa, nempe d.nus M., natus a. 1942, et d.na Y., orta a. 1947, ambo catholici, sese cognoverunt a. 1967 occasione alicuius saltationis. Relatio amicalis devenit dein amorosa. Sub fine a. 1968 mulier proposuit matrimonii celebrationem, quod vir post nonnullos dies accepit. Ad aras partes accesserunt die 1 iulii 1969 in ecclesia civitatis ac dioecesis N.

Post tres circiter menses vir dubitare coepit de capacitate procreativa mulieris. Peracto tamen examine medico mense iunio a. 1970, vir intellexit suam uxorem procreare non posse. Relatio matrimonialis hanc ob rem pessima devenit et mense septembri a. 1972 partes ad separationem de facto devenerunt, firmatam per sententiam separationis legalis diei 12 decembris 1972. Deinde vir obtinuit a. 1978 sententiam divortii civilis.

## SENTENCIA DEFINITIVA DE NULIDAD DEL MATRIMONIO

**1. Hechos.** Las partes en la causa, a saber, el Sr. M., nacido en el año 1942, y Sra. Y., nacida en el año 1947, ambos católicos, se conocieron en el año 1967 con ocasión de una fiesta. Con el transcurso del tiempo, esa relación amistosa pasó a ser amorosa, y al final del año 1968 la mujer propuso la celebración del matrimonio, que el varón, después de algunos días, aceptó. Las partes llegaron al altar el día 1 de julio de 1969 en la iglesia de la ciudad y diócesis de N.

Después de tres meses el esposo comenzó a dudar de la capacidad procreativa de la mujer. Realizado un examen médico en el mes de junio del año 1970, el esposo supo que su mujer no podía tener hijos. Por este motivo, la relación matrimonial se deterioró y en el mes de septiembre de 1972 las partes llegaron a la separación de hecho, confirmada por sentencia de separación legal el 12 de diciembre de 1972. Finalmente el esposo obtuvo en el año 1978 la sentencia del divorcio civil.

Interea d.nus M. novam contraxit unionem mere civilem.

2. Ad consulendum suae conscientiae, d.nus M., auxiliatus a Patrono fiducia, exhibuit die 6 maii 1993 libellum causae introductorium apud Trib. Eccl. Reg., expetens declarationem nullitatis sui matrimonii «a norma del can. 1098 del Codice di diritto canonico e cioè per errore doloso da parte della donna o quanto meno per errore sulla persona». Constituto Tribunali et admissio libello, mulier conventa –in ius vocata– haud sese opposuit introductae causae. Praeses collegii iudicantis statuit dein obiectum iudicii sub formula sequentis dubii: «Se consti la nullità di questo matrimonio per errore dell'uomo sulla donna a norma del can. 1097 e/o per dolo ordito dalla donna a sensi del can. 1098 del Codice di Diritto Canonico».

Audita sunt iudicialiter partes in causa, quattuor testes viri actoris, et adquisita sunt nonnulla documenta. Actis publici iuris factis et absoluta phasi discussoria, aditum Tribunal emisit die 24 februarii 1994 sententiam definitivam pro matrimonii nullitate, dumtaxat ex capite erroris viri circa qualitatem mulieris conventae, praetermisso capite doli.

Causa transmissa denique ex officio ad Tribunal Appellationis loci, sententia primi iudicii gradus non obtinuit confirmationem, sed die 25 maii 1995 Tribunal App. Reg. admisit praefatam causam ad examen ordinarium. In eodem decreto collegii iudicantis statuta sunt quoque sequentia capita nullitatis: «errore dell'attore sulla persona della convenuta e/o errore dell'attore su di una qualità della convenuta direttamente e principalmente intesa». Deinde peractis peragendis, quin tamen peracta esset instructoria suppleti-

Mientras tanto el Sr. M. contrajo una nueva unión meramente civil.

2. Para tranquilizar su conciencia, el Sr. M., aconsejado por un Patrono de su confianza, presentó el día 6 de mayo de 1993 la demandada de nulidad ante el Tribunal Eclesiástico Regional, solicitando la declaración de nulidad de su matrimonio «según la norma del canon 1098 del Código de Derecho Canónico, esto es, por error doloso por parte de la mujer o al menos por error sobre la persona». Constituido el Tribunal y admitida la demanda, la esposa demandada –informada según derecho– no se opuso a la causa introducida. El presidente del colegio judicial determinó finalmente el objeto del juicio bajo la siguiente fórmula de dudas: «Si consta la nulidad de este matrimonio por error del esposo sobre la mujer a tenor del canon 1097 y/o por dolo urdido por la mujer a tenor del canon 1098 del Código de Derecho Canónico».

Fueron oídas judicialmente las partes en causa, cuatro testigos del esposo actor, y se obtuvieron algunos documentos. Publicadas las actas y terminada la fase discussoria, el Tribunal emitió, el día 24 de febrero de 1994, sentencia definitiva en favor de la nulidad del matrimonio, sólo por el capítulo de error del esposo sobre una cualidad de la mujer demandada, dejando de lado el capítulo del dolo.

Una vez llevada la causa *ex officio* al Tribunal de apelación del lugar, la sentencia de primera instancia no obtuvo la confirmación, sino que el día 25 de mayo de 1995 el Tribunal regional de apelación admitió la causa para examen ordinario. En el propio decreto del colegio judicial también fueron establecidos los siguientes capítulos de nulidad: «error del Actor sobre la persona de la demandada y/o error del actor sobre una cualidad de la demandada directa y principalmente pretendida». Después de realizar todas las fa-

va, Iudices Tribunalis secundi iudicii gradus devenerunt die 31 octobris 1996 ad sententiam pro vinculo ex utroque nullitatis capite.

Recepta sententia pro vinculo Actor siluit per multos annos. Solummodo a. 2010 novum sibi constituit Patronum, nempe Adv. Rotalem M., quae formalem exhibuit die 13 decembris 2010 appellationem viri actoris ad H.A.T.

Constituto Turno Rotali, admissa est serotina appellatio viri actoris. Denique ad mentem instantiae praefatae Patronae statutum est die 9 aprilis 2011 obiectum iudicii sub sequenti formula dubii: «An constet de matrimonii nullitate, in casu, ob errorem viri actoris circa qualitatem mulieris conventae», quae rite notificata est eidem Conventae. Secuta est instructio suppletiva in qua denuo excussus est Actor. Absoluta deinde phasi discussoria, Nostrum est hodie respondere ad dubium modo statutum.

**3. In iure.** Iuxta veteres nihil tam contrarium est contractui quam error (cfr. D. 2, 1, 15), ast in eodem iure romano effectus irritans agnoscebatur solummodo errori personae et condicionis (cfr. et C. 29, q. 1). Subtilis posita est tamen quaestio possibilis erroris invalidantis circa qualitatem personae contrahentis, praesertim in ambitu erroris circa qualitatem redundantis in errorem personae, quae locutio erroris redundantis a Doctore Angelico adhibita devenit crux interpretum. Decursu revisionis Codicis iuris canonici, difficultates ortae ex singulari interpretatione can. 1083, § 2, n. 1 CIC 1917 a sententia coram Canals diei 21 aprilis 1970 (RRDec., vol. LXII, p. 371, n. 2) prolata duxerunt ad novam dispositionem, in can. 1097, § 2 CIC

ses procesales sin que fuera realizada una instrucción supletoria, los Jueces del Tribunal de segunda instancia llegaron el día 31 de octubre de 1996 a la sentencia en favor del vínculo por uno y otro capítulos de nulidad.

Notificada la sentencia en favor del vínculo, el Actor permaneció inactivo procesalmente durante muchos años. Sólo en el año 2010 se nombró un nuevo Patrono, a saber, la Abogada Rotal M., que presentó la apelación formal del esposo actor el 13 de diciembre de 2010 ante este Tribunal Apostólico.

Constituido el Turno Rotal, fue admitida la tardía apelación del esposo actor. Finalmente a instancias de la mencionada Patrona fue fijado el 9 de abril de 2011 el objeto del juicio con la siguiente fórmula de la duda: «si consta la nulidad del matrimonio, en el caso, por error del esposo actor sobre una cualidad de la mujer demandada». Ésta fue notificada a la Demandada. Se hizo una instrucción supletoria en la que fue oído de nuevo el Actor. Terminada la fase discussoria, nos corresponde hoy dar respuesta a la duda fijada.

**3. In iure.** Según los juristas antiguos nada se opone tanto al contrato como el error (cfr. D. 2, 1, 15), pero en el mismo Derecho romano el efecto irritante sólo se reconocía al error en la persona y en la condición (cfr. también C. 29, q. 1). No obstante, se plantea la cuestión sutil del posible error invalidante sobre una cualidad de la persona del contrayente, especialmente en el ámbito del error sobre una cualidad redundante en el error de la persona. Esta expresión de error redundante empleada por el doctor Angélico llegó a ser un calvario para los exégetas. Con los trabajos de revisión del Código de Derecho Canónico, las dificultades emergidas por la singular interpretación del can. 1083 § 2, n. 1 CIC 1917 por la sentencia *coram* Canals emanada el día 21 de abril de

1983 statutam, in qua recepta est s. d. tertia regula alfonsiana. Ad vitandam mixtionem inter aspectum ordinis substantialis (manantem ex iure naturali vel ex iure mere positivo), et alia ex parte aspectum ordinis doctrinalis (respicentem assumptionem unius vel alterius conceptualizationis vel classificationis) necnon praxim forensem (relate ad designationem ambitus capitum nullitatis), videamus in primis principia ordinis substantialis respicientia effectum iuridicum circa errorem in qualitate alterius contrahentis:

a) ante omnia valet principium quod «error in qualitate personae, etsi det causam contractui, matrimonium irritum non reddit» (can. 1097, § 2, prima pars). Rite Legislator hanc tenet regulam quia qualitates personae ordinarie habendae sunt nonnisi elementa accidentalia obiecti materialis consensus matrimonialis, seu alterius contrahentis, nisi locum obtineat una ex exceptionibus quae sequuntur;

b) error circa qualitatem individuantem alterum contrahentem irritat consensum quia constituit facti speciem erroris in persona (cfr. can. 1097, § 1);

c) error circa qualitatem alterius contrahentis consensum evacuat, si deficiat qualitas quae «directe et principaliter intendatur» (can. 1097, § 2, secunda pars). Est ita quia deficiente qualitate directe et principaliter intenta, deficit obiectum principale consensus matrimonialis. Nihil interest quod huiusmodi obiectum fit principale solummodo per voluntatem subiecti;

d) consensus matrimonialis, uti et quilibet actus iuridicus, nullius est quoque valoris in casu erroris circa qualitatem alterius contrahentis recidentis in conditionem sine qua non (cfr. can. 126). Etiam hoc in casu effectus irritans datur ex natu-

1970 (RRDec., vol. LXII, p. 371, n. 2), condujeron a una nueva disposición, establecida en el can. 1097 § 2 CIC 1983, en la cual fue recibida la así llamada tercera regla alfonsiana. Para evitar una confusión entre el aspecto de orden sustancial (que proviene del Derecho natural o bien del Derecho positivo) y por otro lado el aspecto de orden doctrinal (que mira al empleo de una u otra clasificación o conceptualización) así como la praxis forense (en relación a la designación del ámbito de los capítulos de nulidad), veamos, en primer lugar, los principios de orden sustancial que miran al efecto jurídico sobre el error en cualidad del otro contrayente:

a) ante todo, sigue vigente el principio de que «el error en cualidad de la persona, aunque sea causa del contrato, no hace inválido el matrimonio» (can. 1097 § 2, primera parte). Con razón el Legislador mantiene esta regla porque las cualidades de la persona ordinariamente son tenidas como elementos accidentales del objeto material del consentimiento matrimonial, es decir del otro contrayente, a no ser que se dé una de las excepciones que siguen;

b) el error sobre una cualidad que individualiza al otro contrayente invalida el consentimiento porque constituye un tipo de error en la persona (cfr. can. 1097 § 1);

c) el error sobre una cualidad del otro contrayente deja vacío el consentimiento, si falta la cualidad que «directa y principalmente se busca» (can. 1097 § 2, segunda parte). Y esto es así porque faltando la cualidad directa y principalmente querida, falta el objeto principal del consentimiento matrimonial. No importa que este objeto haya sido hecho principal sólo por la voluntad del sujeto;

d) el consentimiento matrimonial, como en todo acto jurídico, no tiene tampoco valor en el caso de error sobre una cualidad del otro contrayente que recae en una condición *sine qua non* (cfr. can. 126). También en este caso el efecto inva-

ra ipsius consensus matrimonialis, in quo consensus partium est unica causa matrimonii efficiens, quam ob rem si contrahens aliquam qualitatem subiective sumit uti circumstantiam conditionis *implicitae* a qua pendere facit consensum, et haec qualitas revera deest, consensus eo ipso non consequitur effectum iuridicum sibi proprium;

e) quaestio deficientis qualitatis intentae uti circumstantiae, a qua contrahens *explicite* pendere intendit consensum, regitur normis propriis consensus condicionati (cfr. can. 1102);

f) denique quaedam formae erroris mere accidentalis circa aliquam qualitatem alterius contrahentis, quae ex se non sunt causa nullitatis consensus matrimonialis, assumunt momentum irritans ex voluntate legislatoris in ambitu statuto in can. 1098.

4. Attento obiecto istius iudicii Nostri interest solummodo tertia et quarta figura, scilicet error circa qualitatem directe et principaliter intentam et error qui recidit in condicionem sine qua non. Hae duae figurae nullitatis, ordinis scilicet substantialis, confluunt hodie in unum caput nullitatis, nuncupatum «error qualitatis». Agitur evidenter de errore irritanti unius contrahentis circa qualitatem alterius nubentis. In praxi forensi iudices, sese referentes plerumque ad solum can. 1097 § 2, in determinatione huius capitis nullitatis, utuntur minus proprie locutione «erroris qualitatis directae et principaliter intentae». Ast claritatis causa, ne confusio fiat inter ordinem substantialem et illum processualem seu praxim forensem, magis opportunum est ut in formula dubii adhibeatur hoc in ambitu locutio erroris [unius contrahentis] circa qualitatem [alterius contrahentis], relinquendo ad phasim discussoriam, denique et deci-

lidante se da por la naturaleza del propio consentimiento matrimonial, en el cual el consentimiento de las partes es la única causa eficiente del matrimonio, por lo que si el contrayente toma subjetivamente una cualidad como medio para una condición *implícita* de la cual hace pender el consentimiento, y esta cualidad realmente falta, el consentimiento no alcanza por eso mismo su efecto jurídico propio;

e) la cuestión de la falta de cualidad pretendida como instrumento de la cual el contrayente *explícitamente* quiere hacer pender el consentimiento, se rije por las normas propias del consentimiento condicionado (cfr. can. 1102);

f) finalmente, algunas formas de error meramente accidental sobre alguna cualidad del otro contrayente que de por sí no son causa de nulidad del consentimiento matrimonial, adquieren una importancia invalidante por voluntad del legislador en el ámbito establecido en el can. 1098.

4. Teniendo en cuenta el objeto de este juicio nos interesa solamente la tercera y cuarta figura, es decir, el error sobre una cualidad directa y principalmente pretendida y el error que incide en una condición *sine qua non*. Estos dos tipos de nulidad, de orden sustancial, confluyen hoy en un único capítulo de nulidad, llamado «error en cualidad». Se trata evidentemente de un error invalidante de un contrayente sobre una cualidad del otro. En la praxis forense, los jueces, refiriéndose principalmente sólo al can. 1097 § 2, en la determinación de este capítulo de nulidad, usan menos propiamente la expresión «de error en cualidad directa y principalmente pretendida». Pero por razones de claridad, para que no haya confusión entre el orden sustancial y el procesal o la praxis forense, es más oportuno que en la fórmula de la duda se emplee en este caso la expresión de error [de un contrayente] sobre una cualidad [de la otra parte], dejando

soriam, disceptationem utrum in casu concreto agatur de priore an de altera figura erroris qualitatis.

5. Sueta admittenda sunt media probatoria in causis circa errorem qualitatis (cfr. can. 1527, § 1). Probatio directa habetur ex declaratione iudiciali nubentis qui dicitur in errorem irrepisse, concurrentibus declarationibus illorum qui induxerunt illum nubentem in errorem, si agatur non de errore fortuito sed de positiva inductione in errorem. Probatio autem indirecta consequi potest ex criterio aestimationis (determinatae qualitatis) et reactionis (errantis post detectionem erroris, seu reactionis erga defectum qualitatis quae habebatur uti certe exstans in persona alterius contrahentis). Quae omnia perpendenda sunt evidentiter sub luce circumstantiarum praematrimonialium et postmatrimonialium.

6. **In facto.** In primis quaedam sunt dicenda circa identitatem obiecti iudicii hac in causa. In facti specie (*supra*, n. 2) distincte rettulimus adhibitam formulationem capitum nullitatis hac in causa et quidem in singulis iudicii gradibus. Praetermisso capite erroris personae («errore dell'attore sulla persona della convenuta») –statuto in secunda instantia fors ratione vigentis, tempore celebrationis huius matrimonii, can. 1083 § 2, n. 1 CIC 1917, cuius una ex interpretationibus admittebat errorem in persona ratione erroris circa qualitatem individuante–, hac in instantia unicum manet caput nullitatis, nempe error Actoris circa qualitatem Conventae. Ita, de facto concordatum fuit hoc caput in prima instantia, improprie tamen addito can. 1097, etsi magis restrictam obtinuerit formulationem in altero iudicii gradu («errore dell'attore su di una qualità della

para la fase discusoria, y finalmente para la decisoria, el debate acerca de si en el caso concreto se trata de la primera o la segunda figura del error en cualidad.

5. En las causas sobre el error en cualidad se admiten los medios de prueba acostumbrados (cfr. can. 1527 § 1). La prueba directa se obtiene por la declaración judicial del contrayente que dice haber incurrido en el error, concurriendo las declaraciones de aquellos que indujeron en el error al contrayente, si se trata no de un error fortuito sino de una positiva provocación al error. En cambio, la prueba indirecta puede alcanzarse por el criterio de estimación (de la cualidad determinada) y de reacción (del que yerra después del descubrimiento del error, o de la reacción hacia el defecto de cualidad que creía existente en la persona del otro contrayente). Todas estas pruebas deben ser sopesadas evidentemente a la luz de las circunstancias antes y después del matrimonio.

6. **In facto.** En primer lugar hay que decir algo sobre la identidad del objeto del juicio en esta causa. En los hechos (*supra*, n. 2) señalamos claramente la formulación empleada de los capítulos de nulidad en esta causa y ciertamente en las distintas instancias del juicio. Dejando de lado el error en la persona («error del Actor sobre la persona de la demandada») –establecido en la segunda instancia quizá en razón del vigente can. 1083 § 2, n. 1 CIC 1917, en el momento de la celebración de este matrimonio, una de cuyas interpretaciones admitía el error en la persona en razón del error en cualidad individuante–, en esta instancia queda un único capítulo de nulidad, a saber, el error del Actor sobre una cualidad de la Demandada. Así, de hecho fue concordado este capítulo en primera instancia, habiéndose añadido impropriamente el can. 1097, aunque tuviera una formulación más restringida en la segunda

convenuta direttamente e principalmente intesa»). Quidquid est, infrascriptus Ponens libenter acceptavit instantiam Cl.mae Patronae viri actoris ut dubium concordaretur iuxta aptiorem formulationem, resumendo formulam dubii rite iam adhibitam in primo iudicii gradu. Nulla adest ergo immutatio substantialis obiecti iudicii, saltem hoc in iudicii gradu in ordine ad obiectum iudicii statutum in prima instantia.

Nec difficultas adest relate ad applicationem hodierni capitis erroris circa qualitatem alterius partis, etsi matrimonium celebratum fuerit vigente Codice piano-benedictino, quia haud obstante formulatione istius capitis nullitatis sub influxu Codicis a. 1983 agitur utcumque de nullitate proveniente ex natura consensus matrimonialis, independenter a figura specifica nullitatis: sive agatur de errore circa qualitatem directe et principaliter intentam, sive de errore qui recidit in conditionem sine qua non.

Ingrediamur ergo in medias res.

7. Actor iam in prima instantia declaravit quod persuasus erat de aptitudine uxoris efformandi familiam, saltem implicite perveniens ad iudicium de capacitate procreativa d.nae Y. («Io desideravo e non avevo alcun dubbio che Y. fosse in tutto idonea per formare una nuova famiglia, avevamo parlato dei figli, ritenevo che non ci fossero dei problemi. Né Y. mi aveva dato motivo di dubitare della sua efficienza alla procreazione»). Indirecte Conventa propriam dedit contributionem ad fovendam hanc viri actoris persuasionem, ea ipsa fatente: «Avevamo parlato anche dei figli, entrambi eravamo d'accordo di averne».

instancia («error del actor sobre una cualidad de la Demandada directa y principalmente pretendida»). Sea lo que fuere, el infrascrito Ponente aceptó plenamente la petición del Patrono del esposo actor para que se concordara la duda según la fórmula más apta, retomando la fórmula de dudas ya empleada en la primera instancia del juicio. No existe, por tanto, ninguna modificación sustancial del objeto del juicio, al menos en esta instancia en relación con el objeto de la primera instancia.

No plantea dificultad la aplicación del actual capítulo de error sobre una cualidad de la otra parte, aunque el matrimonio fue celebrado cuando estaba vigente el Código piano-benedictino, ya que, no obstante en la formulación de este capítulo de nulidad –hecha bajo el influjo del Código del año 1983– se trata en todo caso de la nulidad que proviene de la naturaleza del consentimiento matrimonial, independientemente de la figura específica de nulidad: ya se trate de error sobre la cualidad directa y principalmente pretendida, ya del error que recae en una condición *sine qua non*.

Vayamos, pues, al mérito de la cuestión.

7. El actor ya declaró en la primera instancia que estaba persuadido de que la mujer era la idónea para formar una familia. Al menos llegó implícitamente a la conclusión sobre la capacidad procreativa de la Sra. Y. («yo deseaba, y no tenía ninguna duda, que Y. fuera totalmente idónea para formar una nueva familia, habíamos hablado de los hijos, y pensaba que no tendríamos problemas. Y. no me había dado ningún motivo para dudar de su capacidad para procrear»). Indirectamente la Demandada contribuyó en el favorecimiento de esta convicción del Actor cuando ella misma declaró: «Hablamos también de los hijos, y los dos estábamos de acuerdo en tenerlos».



8. Elapsis tamen circiter tribus mensibus a die nuptiarum, Actor dubitare coepit de capacitate procreativa mulieris conventae quia, uti deposuit, «io cominciai ad accorgermi che la Conventuta [...] non aveva il ciclo mestruale». Vir statim active se gessit erga mulierem quia, uti declaravit, «cominciai a farle delle domande sul proprio ciclo mestruale». Primo tempore mulier negabat quamlibet anomaliam et conamen fecit deminuendi hanc quaestionem. Iuxta virum, Conventa «in un primo tempo [...] cercò ancora di nascondermi la sua situazione, ricordo che lei mi rispondeva dicendo che aveva dei flussi deboli e brevi». Cum autem vir manus haud cesisset, «lei cominciò a raccontarmi tutta la storia. Mi disse che all'età di 9 o 10 anni ebbe una prima presenza di sangue e che sua madre, spaventata l'accompagnò dal medico che intervenne mediante un'iniezione, da allora non ebbe più alcun ciclo mestruale. Fortemente contrariato le chiesi il perché del suo silenzio prima del matrimonio e lei mi rispose che non aveva ritenuto opportuno riferirmelo, che non aveva dato peso alla cosa perché pensava che si risolvesse con il matrimonio».

Vera natura condicionis mulieris, quod attinet ad eius capacitatem vel potius incapacitatem generativam, cognita fuit a viro solummodo post annum a celebratione nuptiarum. En eius narratio facta in prima instantia: «Dopo un breve periodo di riflessione, superati gli scontri con Y., le chiesi di effettuare una visita ginecologica specialistica presso il Prof. B. Lei inizialmente rifiutò dicendo che prima del matrimonio aveva già fatto delle visite e sapeva che non poteva avere in alcun modo dei figli, a questo punto io pretesi detta visita che però avvenne successivamente, circa ad un anno dal matrimonio. Il Professore ci prospettò la quasi totale certezza di non poter avere dei figli

8. Transcurridos casi tres meses desde el día de las nupcias, el Actor empezó a dudar sobre la capacidad procreativa de la Demandada porque, como declaró, «yo comencé a darme cuenta que la Demandada [...] no tenía el ciclo menstrual». El esposo tomo una actitud activa ante la mujer, porque, como declaró, «empecé a hacerle preguntas sobre su propio ciclo menstrual». Al principio la mujer negaba cualquier anomalía e intentó obviar esta cuestión. Según el esposo, la Demandada «en un primer momento [...] intentó ocultarme su situación, recuerdo que ella me respondía diciendo que tenía unos flujos débiles y breves». Como el esposo siguió insistiendo, «ella empezó a contarme toda la historia. Me dijo que a la edad de 9 o 10 años tuvo la primera presencia de sangre y que su madre, asustada la acompañó al médico que intervino con una inyección, desde entonces no tuvo ningún ciclo menstrual más. Fuertemente contrariado le pregunté por su silencio antes del matrimonio y ella me respondió que no había creído oportuno decirlo, que no había dado importancia al tema porque pensaba que se arreglaría con el matrimonio».

La auténtica condición de la mujer, en lo que se refiere a la capacidad o más bien incapacidad generativa, fue conocida por el esposo sólo después de un año de la celebración de la boda. He aquí su narración de primera instancia: «Después de un breve periodo de reflexión, superado el golpe con Y., le pedí efectuar una visita ginecológica al especialista, el Prof. B. Ella inicialmente la rechazó diciendo que antes del matrimonio había ya hecho consultas y sabía que no podía tener hijos de ningún modo. En ese momento yo me empecé en la consulta que se realizó poco después, al año de matrimonio. El Profesor aseguró la casi total certeza de no poder tener hijos, y la envió para unos



e la indirizzò per ulteriori esami di verifica per scoprire la causa di tale menomazione. Y. rifiutò ulteriori visite, a questo punto il nostro rapporto degenerò in modo irreversibile».

9. Depositio Conventae plene concinit. Illa declaravit quod iam ante nuptias noscebat factum propriae sterilitatis: «Avevamo parlato anche dei figli, entrambi eravamo d'accordo di averne, ma io sapevo già, se non al 100%, che ciò non era possibile, questo perché prima del matrimonio mi ero già sottoposta a delle visite mediche e avevo già fatto delle cure per avere il ciclo mestruale».

Iudici pressius sciscitanti mulier sequentem dedit explicationem: «circa tre mesi dopo il nostro matrimonio, M. si accorse che non avevo le mestruazioni e mi chiese spiegazioni. Allora gli ho raccontato tutta la mia vicenda di come a 10 anni ebbi un'emorragia e il medico mi somministrò una cura che la bloccò, ma da allora non ho più avuto un ciclo spontaneo. Verso i 16 anni sono stata in cura da uno specialista di cui non ricordo il nome, il quale dopo avermi sottoposta agli esami possibili, perché ero ancora vergine, disse a me e a mia madre che non avevo l'ovulazione e che quindi non avrei potuto avere dei figli».

Nullum est dubium Actorem in errorem incurrisse ante nuptias et solummodo decursu primi anni vitae matrimonialis veritatem cognovisse de sterilitate Conventae. Praeter declarationem ipsius viri actoris, magni momenti est quoque depositio mulieris conventae, quae sub iuramento declaravit: «devo dire che non ho detto la verità a M., anzi, ho nascosto la realtà dei fatti. Si parlava dei figli e io benché sapessi del problema ho taciuto, vuoi per paura di perderlo, vuoi perché ero innamoratissima. L'Attore non poteva scoprire la realtà prima del matrimonio,

ulteriores exámenes de verificación para descubrir la causa de tal problema. Y. rechazó más consultas y en este punto nuestra relación degeneró de modo irreversible».

9. La declaración de la Demandada concuerda plenamente. Ella declaró que ya antes de las nupcias conocía el hecho de su propia esterilidad: «Habíamos hablado también de los hijos, los dos estábamos de acuerdo en tenerlos, pero ya sabía, aunque no al 100%, que esto no era posible. Antes del matrimonio me había sometido a unas revisiones médicas y había seguido tratamientos para tener el ciclo menstrual».

Ante la insistencia del Juez, la mujer dio la siguiente explicación: «después de tres meses de matrimonio, M. se dio cuenta que no tenía la menstruación y me pidió explicaciones. Entonces le conté toda la historia, de cómo a los 10 años tuve una hemorragia y el médico me dio un remedio que la detuvo; pero desde entonces no he tenido un ciclo espontáneo. Hacia los 16 estuve bajo los cuidados de un especialista cuyo nombre no recuerdo, quien después de someterme a los exámenes posibles, ya que era virgen, nos dijo a mí y a mi madre que no tenía ovulación y por tanto no podría tener hijos».

No hay duda de que el Actor incurrió en un error antes de las nupcias y que sólo transcurrido el primer año de vida matrimonial conoció la verdad sobre la esterilidad de la Demandada. Además de la declaración del propio Actor, es de gran interés la declaración de la mujer demandada, que bajo juramento declaró: «debo decir que no le dije la verdad a M., es más, le oculté la realidad de los hechos. Se hablaba de hijos y yo, a pesar de conocer el problema, me callé, quizá por miedo a perderlo, quizá porque estaba muy enamorada. El Actor no podía descubrir la realidad antes del

non si viveva insieme, non si avevano rapporti per cui con il mio silenzio, M. non poteva dubitare».

**10.** Testes uno ore confirmant partium relata respicientia sterilitatem Conventae necnon silentium mulieris conventae de morbo quo illa laborabat iam ab adulescentia.

